

concessit tempus infra annum expirare, nec presumens se posse ad eccle-
siam Coloniensem pervenire, quamvis Adolphus dux montensis frater
eius guerris gravissimis archiepiscopum Coloniensem continue fati-
gavit; emulorum predictorum commenta idem fallacias alia qua-
dam via caute dissolvit; quoniam cum dicto archiepiscopo
amicabiliter compositus se eadem affinitate coniunxit. Nam
filiam sororis sue, Helheidem videlicet, filiam comitis de
Thelemburch duxit uxorem, et celebrata sunt nuptie in
castro Arnsberg^h decimo nono die, mensis Februarii, eodem
domino Theoderico archiepiscopo presente. Sicque prefati muli-
illum quem sibi assciverant in ipsius Wilhelmi exterminacio-
nem, coacti sunt eius tollere defensorum. Et pacifice dominus
Theodericus de Moersa retinuit episcopatum. Ipse magnificus
presul, honor et decus totius ecclesiae ac prepotentem domi-
norum dominorum temporalium gloria, semel ad honorem
dei duxit principaliter magnum exercitum in finibus pro-
vincie ad debellandum gentiles, quorum multa milia
ibidem bellicum viribus contrivit, et post longum conflictum,
paucis suorum amissis, cum triumphali laude rediit.
Itemque bis cum maximo exercitu debellavit perfidos here-
ticos Pragenenses regni Bohemie, ubi devictis adiutorio
Christi fidelium caractere crucis in signatorum pluribus
munitionibus perfidorum, cum magno honoris precomio repa-
travit. Tandem hic inclitus ac reverendus pater dominus Theo-
dericus de Moersa huius nominis secundus inter pontifices Colo-
nienses, vir gloriosus, bene ^{Mer} laudatus et ab omnibus terre circūm-